



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Perfectionis substantiam, etiam in fratrum charitate consistere: Et primò  
quid sit fraterna charitas. Cap. xxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

sequitur, fortis & robusta charitatis: sed non quod ego volo, sed quod tu. Ab hoc fortis amoris preceptore, martyres acceperunt, quomodo deberent tormenta perferre, & amabilem hanc vitam pro alia meliori, & amabiliori deserere. Et ab eodem charitatis magistro perfecti didicerunt, timores nimios mortis cohibere, tristissimam mortis faciem hilari, aut saltem animosa facie respicere, & eius inmedicabile vulnus, poterit dilectione superare. Merito proinde de ea in canticis dictum est: Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio. Fortis ut mors, quia mortem pro Deo alacriter suscipiendo, ipsam mortem vincit, & morientes a morte naturali in vitam immortalem, & semper duraturam adducit. Fortis ut mors (inquit Augustinus) nam quomodo mors violentissima est ad auferendum, sic charitas violentissima est ad saluandum; imò & fortior morte, quia & veram mortem scilicet graue peccatum, in nobis occidit, & ipsi peccati morti verba vite auctoris vsurpans, minatur, dum dicit: O mors, ero mors tua. Sed si fortior morte charitas, quare solus dicitur fortis ut mors? Certè (respondet Bernardus) quia ipsa mors est, & seipsa fortior esse non potest. Bona mors, non vite, sed mortis. Bona mors, & nequaquam abhorrenda, quæ vitam, etsi adimit, non perimit. Adimit quidè sed ad tempus, restituedam in tempore, duraturam sine tempore. Illa igitur charitas, que ita fortis est, ut omnia bona potenter sequeatur, & omnia mala, & aduersa pro Deo summe dilecto sustineat, non potest aliud esse quam ipsa vite nostre perfectio. Quid namque deesse poterit talem charitatem habenti? Sanè nihil, cum ita sit in omnibus virtutibus bonis radicans, atque fundatus, ut nec turbinibus tentationum perturbetur, nec imminentibus aduersitarum procellis frangatur, nec ipsa morte omnium terribilissima a bono & honesto separetur.

Domine Deus meus, fortitudo mea, firmamentum meum, refugium meum, & liberator meus, qui ut te fortitudinis auctore ostendas, soles imbecillissimis &

Cant. 8.

Aug. ad  
Psal. 47.

Osee 13

Ber. epist.  
42.

A fragilissimis creaturis tuis (quales sumus omnes homines) robur, & firmitatem ad magna sustinenda tribuere, & incomparabilem fortitudinem ad importabilia aduersitatum onera ferenda donare: Conuerte oculos benignitatis tue ad hunc peccatorem, corpore & mente omnium fragilissimum, & conforta me, ut te summum bonum meum, non solum dulciter & prudenter amem, sed etiam fortiter diligam, & pro amore tuo humeros laboribus, ac pressuris subiiciam. Filius tuus, & Deus meus, o Pater amantissime, pro me terribilia sustinuit & mortem acerbissimam tolerauit: hic igitur mihi concedatur honor, hæc mihi deus consolatio, ut pro eo aliquid aduersi sustineam, ipsam flagellatus sequar, & post duces meum sanguine rubricatus, & laboribus laureatus incedam. Da mihi Domine virtutum dator largissime, ut paupertate amem, & omnes seculi diuitias contempnam, quia tu solus mea abundantia es. Da ut vitæ asperitatem diligam, & voluptates, ac delicia auerter; quia tu mea purissima delectatio es. Da ut infimum semper locum conseruet, & obedire magis, quam imperare cupiam, & omnes mundi honores detrectem, quia tu meus honor verissimus, & dignitas es. Da (ut quod ad me attinet) solus esse velim, & nullius rei amorem ineptum admittam; a nullo nimis amari, aut æstimari appetam; quoniam tu mihi sufficis, qui verissimus amicus, & fidelissimus Dominus, & Pater es. Da ut flagella tua, que iam diu in corpore meo porto, pro te libenter amplectar, & fatidicæ carnis sanitate asperner; quia tu mea incundissima salus es. Et concede tandem, ut paratus sim pro te mori, & vitam hanc mortalem, quam mihi tribuisti tibi, cum iusseris, restituere; quia tu mea immortalis, & æterna vita es. Creaturæ Domine Deus meus me deserant, me derelinquant, a corde meo, & ab affectibus meis fugiant, ut tu solus me habeas, me possideas, ut me in amore, & charitate perfecta dulcissimo filio tuo similem facias (qui vsque ad mortem dilexit me, & verum ac fortem tui amatorem constituas. Amen.

B

C



## PARS TERTIA.

De Altera perfectionis parte, scilicet de charitate proximi.

**A** CHARITATE erga Deum ad charitatem erga proximos descendamus, que nos faciat vndeque perfectos. In cuius tractatione eadem erit procedendi ratio, ut quid ipsa in se sit, quos effectus pariat, & quomodo sit in literis diuinis precepta, inuestigemus. Post hæc verò, nonnulla documenta subnotabimus, que interim dum reliquas partes huius operis cudimus, ad assequendam vtramque Dei & proximi dilectionem diuina adiuuante gratia proficiant.

Perfectionis substantiam, etiam in fratrum charitate consistere: Et primò quid sit fraterna charitas.

### CAPVT XXIII.

**Q**UOD VERO de perfectione egimus, quæ ratione nos iungit Deo, ultimo fini nostro; nunc de eadem, quatenus nos iungit vrisque Ecclesie membris tam triumphantis, quam militantis ac omnibus hominibus, disseramus. Licet enim vna eademque perfectio, siue vna eademque virtus perfecta charitatis sit, quæ complectimur Deum propter seipsum, & proximos propter Deum; quia vna, eademque bonitas

A diuina, licet non eodem modo participata, in Deo, in proximis; cõspicitur; tamen duo actus ab hac virtute profecti; alter quo Deus, alter quo proximum diligimus, sunt; si non natura saltem modo, & qualitate distincti. Quare separatim exponendi sunt, & maioris distinctionis gratia, ut maioribus, & minoribus cõsulamus, seorsum sigillatimque tractandi. Ne autem in ambiguo labore oratio, principio quoddam fraternalis charitatis nomine intelligamus, aperiendum est; inde autem facillè eliciemus, quæ fraterna charitas initium, aut profectus perfectionis sit, & quæ ad ipsam substantiam perfectionis pertineat. Quam cum pro ratione instituti nostri solum inquiramus, non sunt ab hoc loco vniuersa petenda, quæ ad huius

præstantissime virtutis cognitione spectant: sicut nec omnia quæ dici possent ad cognitione charitatis Dei explicata sunt; sed ea duntaxat, quæ ad perfectionis naturam exponendam videntur necessaria, sunt à nobis postulada. Cùm autem fraterna charitas duas notiones fortiat; alteram qua voluntatis habitum, aut manentem affectionem; altera qua motu siue actionem à voluntate, & ab habitu profecta significat, hic nihil de habitu charitatis fraternæ dicendum est, qui idè profus est (vt ià diximus) cum habitu, siue virtute charitatis Dei, sed tantùm actio ipsa siue dilectio fraterna est à nobis propalanda. Ex actionibus nãq; quibus Deum propter seipsu, & proximos diligimus propter Deu, satis superq; nobis ipsa charitatis virtus cognita est, qui hoc opere nõ naturas reru inquirimus, sed mores nostros cõponere, & informare curamus.

Dilectio igitur fraterna est, motus voluntatis charitate formata, quo proximis nobiscu diuine bonitatis, & celestis gloriæ cõsortibus, volumus bonu propter Deu. Qua breui definitione omnia ad cognitione fraterne dilectionis necessaria præstada sunt, quibus explicatis elucebit quanta sit dilectionis præstantia, digna sanè, quæ nature perfectionis adiugatur, & actibus ab ipsa perfectione immediatè profectis annumeretur. Dilectio enim ista est motus, id est, actio, siue affectio voluntatis, non alia profectò, quàm amor; ex quo tũ eius dignitas, tum eius suauitas reperitur. Quid enim dignus amore, què (vt philosophoru nũcupationes relinquamus) Dionysius diuinum vocat.

Augullinus, virtutu omniu originè: Gregorius pigratũ mentiu excitatorem: Hieronymus buccinã, seu lituũ in auribus iustoru insonãtem: Chryostomus affectu omnia superãtem: Basilus nostræ nature maximè propriã affectionem: Bernardus nexti perfectissimum: Et tandè Leo Papa, virtutem & sapiẽtiã fidei Christianæ nuncupauit: Quid dignus amore, cuius pennis omnia creata siue visibilia, siue inuisibilia supergredimur, & ad Dei conspectu, imò, & cõplexum volamus; cuius præsidio, nõ hos, aut illos tantu, sed homines vniuersos cõplectimur; cuius iuuamine ad omne virtutis genus roboramur, & ab omni fãditate peccatoru auellimur? Amor quippe ille, qui terrenis inhaeret, & vetita, ac prophana sectatur, si reru naturas inspicias, amor quidem est, quia pondus mētis in vilitatè amatam, & ac si rationem, ac virtutis opinionem aduertat, & Dionysij Areopagitæ sententiã cum debita veneratione suscipias, non est verus amor, sed fucata quẽdã amoris imago, aut potius à vero amore defectio, atq; prolapsio. Quid etiã amore suauis, qui ipsamet suauitas, & dulcedo est, rigida inflectēs, dura illiniens, & insipida in lapida, & dulcia commutans? Ipse est qui difficilia, facilia facit, intractabilia, blada, & mollia reddit, & inaccessa, atque prærupta, in plana, & secura cõuertit. Serui Iacob pro Rachele septem annis, & pauci illi videbantur præ amoris magnitudine. ] Quando enim quis saucietur charitatis desiderio (inquit Chryostomus) nihil difficile spectat, sed id quod fuerit plenum periculis, & multa miseria, leuiter fert, ad hoc vnum videns quomodo suo potiaturo voto, & desiderio. ] Et Gregorius. Quid leuius, aut vniquam gratius, quam amor fertur? Quid præterea graue non leuiter tolerat, qui amat? Quid quid enim diligitur, cum magna deuotione portatur. ] Est itaque dilectio fraterna voluntatis motus, voluntatis pòdus, & inclinatio, voluntatis amor, & vel eo solò nomine, esset à nobis, qui amore constitimus summis votis, ac desideris amplexanda.

Sed non à sola, & nuda voluntate (quod alia huius dilectionis profectio præstantissima est,) sed à virtute charitatis informata, atq; vestita, in opus fraterna di-

Dion. lib. de celest. Hier. c. 2. Aug. lib. de moribus Eccl. c. 15. 16. 1. Greg. lib. 6. mor. c. 17. Hier. epistola 26. Ad Parmach. c. 4. Chrys. lib. 64. ad populu Antio. Basil. ora. 1. de amore erga Deum Bern. ser. 83 in cã. Leo ser. 7 quadrages. Dion. lib. de diuinis nom. c. 4. admediu.

Genes. 31.

Chrys. lib. 55 in Genes. Gregor.

A lectio producitur. Hic namq; homine dilectionis fraternæ nõ intelligimus amore naturalè, quo homines mutuò se diligunt propter solam similitudinem, aut cõmunionem in natura fundatã (nec enim iste amor tãtus est, vt ad sanctitatem, & perfectione pertineat) sed amorem supernaturalè, supernaturalium bonoru cõmunicationi subnixu, quo hominem, vt Dei imaginem gratiæ, & gloriæ participem, in Deo, & solius Dei gratia diligimus. Hanc autem amorem, nõ à sola voluntate, sed à virtute charitatis, & à supernaturalibus auxiliis manare apud omnes in confesso esse debet. Nam, cùm sit supra naturã humanam ad seipsam & ad propria commoda distortè conuersam, diligere proximum sine vlla vtilitatis, aut voluptatis spe, propter solum Deum, & ipsi proximo bona supernaturalia velle, & ad ea cõsequenda efficaciter (data opportunitate) iuuare, & nullu malum, nullamq; iniuriam inferre (quæ omnia dilectio fraterna continet) sit, vt necessaria sit naturæ nostræ supernaturalis virtus, cuius subsidio roborata, & à propriis commodis quibus inhiat, educta, valeat suauiter, & (vt Theologi aiunt) connaturaliter, actionem tam insignem, & hominis infirmas vires, superantem præstare. Hæc verò virtus non potest alia esse, quàm charitas, quæ sicut diligit Deum propter se, ita diligit proximu propter Deum. Nam si eodè amore amicum, & res omnes amici prosequimur, eodè etiã Deum, & eius seruos, & filios, & imagines propter Deum amemus, necesse est. Mada tũ certè dilectionis proximi simile vocatur à Domino, maximo ac primo madao dilectionis Dei. Secũdum (inquit) simile est huic: Diliges proximum tuu sicut te ipsum. ] Quare simile? Nisi quia simile dilectionem, nempe supernaturalem, & à charitate profectã, & verè actionem charitatis iuber. Nõ ergo à sola voluntate, sed ab ipsa, charitatis dono informata procedit. Quia sicut splendor à luce, & calor ab igne, & opus rationis ab homine; ita opus charitatis, non ab alio, quã à charitate dimanat. Et ideo ab his duobus madais dilectionis Dei & proximi, vniuersa lex pendet & prophætæ, ] quia virtutisque impletio à charitate, & gratia pendet, quæ potes est omnè legem implere, & omnia præcepta in prophetis cõtenta seruare. In quã sententiã Gregorius: Quid debemus intelligere per nuptialè vestè, nisi charitatem? Intra etiã ad nuptias, sed cum nuptiali veste nõ intrat qui in sancta Ecclesia assistens, fidem habet, sed charitatem nõ habet. ] Et post pauca: Sciendũ verò est, quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet & inferiore, vestis textitur; ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei & proximi. ] Et ad idem Augustinus charitatè definit, ait: charitatem voco; motum animi ad fruẽdum Deo propter seipsu, & se, atq; proximum propter Deum. ] Et alio loco multis in hac sententiã vberrimè explicatis, ita manifestè concludit: Nec illa iam quæstio moueat, quantum fratri charitatis debeamus impendere, quantum Deo; incomparabiliter plus quàm nobis, Deo; fratri autem quantum nobis ipsis. Nos autem ipsos tantò magis diligimus, quanto magis diligimus Deum. Ex vna igitur eadèmq; charitate, Deum proximumque diligimus; sed Deum propter Deum, nos autem & proximum propter Deum. ] Quanta itaque, & quàm pretiosa est fraterna dilectio, quæ soror indiuidua dilectionis Dei est, ab eodem fonte procedit, & eandem charitatem supernaturalem virtutem, & omnium præcipuam matrem, ac principium agnoscit?

B Quos autè respicit fraterna dilectio? In quosnã tẽdit in proximos, Et qui sunt proximi? Nõ parètes tantu, non vxor, non fratres; nõ cõsanguinei, nõ auici non conciuces, non alij, aut instituto, aut studiis, aut

C Et post pauca: Sciendũ verò est, quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet & inferiore, vestis textitur; ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei & proximi. ] Et ad idem Augustinus charitatè definit, ait: charitatem voco; motum animi ad fruẽdum Deo propter seipsu, & se, atq; proximum propter Deum. ] Et alio loco multis in hac sententiã vberrimè explicatis, ita manifestè concludit: Nec illa iam quæstio moueat, quantum fratri charitatis debeamus impendere, quantum Deo; incomparabiliter plus quàm nobis, Deo; fratri autem quantum nobis ipsis. Nos autem ipsos tantò magis diligimus, quanto magis diligimus Deum. Ex vna igitur eadèmq; charitate, Deum proximumque diligimus; sed Deum propter Deum, nos autem & proximum propter Deum. ] Quanta itaque, & quàm pretiosa est fraterna dilectio, quæ soror indiuidua dilectionis Dei est, ab eodem fonte procedit, & eandem charitatem supernaturalem virtutem, & omnium præcipuam matrem, ac principium agnoscit?

D Quos autè respicit fraterna dilectio? In quosnã tẽdit in proximos, Et qui sunt proximi? Nõ parètes tantu, non vxor, non fratres; nõ cõsanguinei, nõ auici non conciuces, non alij, aut instituto, aut studiis, aut

E Quos autè respicit fraterna dilectio? In quosnã tẽdit in proximos, Et qui sunt proximi? Nõ parètes tantu, non vxor, non fratres; nõ cõsanguinei, nõ auici non conciuces, non alij, aut instituto, aut studiis, aut

Mat. 22.

Ibidem.

Greg. lib. 38. in euang.

Aug. lib. 3. doct. Chr. lib. c. 10.

Aug. 3. de Trin. c. 8.



locierate coniuncti, sed omnes prorsus homines preteriti, & presentes, & futuri, amici, & inimici, qui aeternae felicitatis capaces sunt. O magna virtus dilectionis, cuius finis in tantum dilatarur, ut vniuersos homines capiat, & nullum quantumvis a se lege, aut moribus, aut conditione distitum, aut tamquam extraneum, aut alienam respiciat? Huius autem rei ipsum auctorem veritatis audiuimus attestatorem, qui validissima argumentatione ab effectu desumpta, quaedam legis peritum ad id asserendum, & confitendum adigit. Quis horum trium (inquit) scilicet sacerdotis, Leuitae, & Samaritani, videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? Et ille. Qui fecit misericordiam in illum. Ille vero, qui misericordiam fecerat, erat Samaritanus. Si igitur Samaritanus Iudaeus, id est, inimicus inimico, & hostis hosti proximus est, quid sentiedum erit de aliis, qui hostes non sunt, quantumvis aut genere, aut gente, aut alio quouis modo distideant, nisi quod omnes sunt, sine vlla exceptione adiuuicé proximi? Et quidem ipsum nomé proximi hoc idem aperitissima ratione demonstrat. Quod tamquam duorum, aut plurium vicinitatem, vel propinquitatē significat. Sunt verò inter omnes homines tot, ac tantae propinquitates, vt manifestissimum sit eos iure optimo fratres, ac proximos nuncupare. Nã (vt à naturalibus incipiamus) est in omnibus hominibus naturae propinquitas; quia omnes sunt homines, sensus, rationis, & libertatibitij participes. Est propinquitas perfectionis; quia omnes referunt Deum, & sunt ad imaginem eius effecti. Est propinquitas generis, quia omnes ab vno primo parète sunt procreati. Et tandem propinquitas conditionis, quia omnes eodém modo nati, eisdém alimentis enutriti, similibus curis fatigati, eisdém morti obnoxii, ac eisdém calamitatibus & miseriis subiecti. Quod Salomon omnium regum sui tēporis potentissimus, confiteri non erubuit. Sum quidem & ego (inquit) mortalis homo, similis omnibus. & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus, sum caro, decē mensū tempore coagulatus sum in sanguine, & ex semine hominis, & delectamēto somni conueniente. Et ego natus accepi cōmunē aërem, & in similiter factā decidit terram, & primam vocem similem omnib. emisit plorans. In inuolumentis nutritus sum, & cutis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initiū. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Hęc naturalis proximitatis bene cōsiderata, atq; perpēsa, efflicax satis est, vt omnes homines fratres & proximos reputemus, eorumq; miseriis, si possumus, subueniamus; si nō possumus, illis ex animo compariamur. At aliā habent homines propinquitatē maiorem, quā à dono diuinæ gratiæ promanat. Omnes namq; actu, vel potestate filij sunt Dei, qui genuit quosdā & paratus est alios generare, verbo veritatis. Omnes namq; actu vel potestate membra sunt Christi. Quibusdam enim, scilicet fidelibus dicit Paulus: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. & rursus alio loco. Quia mēbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Alios autem, scilicet infideles, Isaias genitium vocationem prædicens, non solum fidelium proximos, sed manifestē fratres appellat, illis verbis: Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donū Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem, dicit Dominus; quomodo si inferant filij Israël munus in vase mundo in domum Domini. Omnes deniq; aut in Ecclesia sunt, aut ad Ecclesiā vocantur. Omnes aut spiritu fidei, & charitatis reguntur; aut ad hunc spiritum accipiendum intendantur: omnes à Deo

Luc. 10.

Sap. 7.

1. Cor. 12.

Ad Phil. 5.

Isa. 66.

A diriguntur, quod ad ipsum attinet, cum velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,] & omnes sunt gratia & vitæ aeternae capaces. Nullus ergo homo est, qui possit à cōsortio & societate nostra segregari, aut ab appellatione proximi, & fratris excludi. Quare non minus verè, quam pulchrè dixit Leo Papa: Charitatis pietas perfecta esse nō poterit, nisi diligatur & proximus. Quo nomine non ij tantum intelligendi sunt, qui nobis amicitia, aut propinquitate iungitur, sed omnes prorsus homines, cū quibus nobis natura cōmunis est, siue illi hostes sint, siue socij, siue liberi, siue serui; Vnus enim nos conditor fixit; vnus nos creator animauit, eodém cuncti cælo & aère iisdém vtmur diebus & noctibus. Et Augustinus: Proximus est autē omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis; & mortalitatis, & etiam spe caelestis hereditatis; quia nescimus quis quid futurus sit, quāuis sit aut Iudæus, aut hereticus, aut paganus. Fortè enim per misericordiā Dei cōuertetur ad Deū, & inter sanctos primū locū habere merebitur. Et Prosper Regienis Episcopus. Neque enim idēdō proximū tamquam seipsum diligit quisq; quia sibi frater, aut soror, pater, aut filius, mater, aut filia, nepos, aut neptis est. Carnaliter quippe amat, qui taliter amat: Quoniā nō illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit; sed proximi nostri credendi sunt omnes homines naturæ nostræ participes. Et multa alia similia sunt apud Patres. Ex his autem constat, non solum quā magna, & pulchra sit dilectio fraternæ, sed etiā, quā magna sapientis, ac prudens sit. Quid enim sapientius quā fratrem amare? Quid prudentius, quā alterum amore, ac dilectione complecti? Nam si ridiculus esset (vt Chrysostomus annotauit) qui percontaretur vnde secum esset familiaris, vnde propinquitas, & quare seipsum deberet diligere: Ita ridendus esset, qui interrogaret, vnde sibi propinquitas esset cum proximo, aut quare deberet diligere proximum. Eadem namque hic intercedit causa, nimirum quia frater meus est, quia non alienus à me, nec extraneus, sed verè alter ego est.]

Sed quæ bona, fraternæ dilectio proximis ac fratribus vult? Certè primo loco veræ, & non sycrata bona, bona spiritalia, bona caelestia, bona diuina. Huius enim sanctissimæ & castissimæ dilectionis est, amare, ac velle fratribus illud summum bonū scilicet beatitudinem, cuius adipiscendæ causa creati sunt, & ea subsidia, nempe gratiam, charitatem, virtutes omnes, & dona, quæ fratres in hanc beatitudinem prouehūt, & felicitatis ianuas aperiant. Ego (inquit quidā huius dilectionis amator) libentissimè impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris. Moriar iniquā, & vitam meam intrepidè & alacriter profundam vt vos iusti, & sancti, & Deo fideles effecti salutem aeternam consequamini. Huius dilectionis est, in veris proximorū bonis gaudere, nec non de malis ac peccatis vehementer angere, atque tristari. Exultat planè si videat in eis iniquitatis odium, virtutis amorem, simplicitatis affectum, desiderij puritatis. Doler verò, & cruciatur, si eos veris malis subiaccere, vitii ac peccatis sordere, & dæmonis fraudibus decipi, ac fascino rici consideret. Vox namq; dilectionis est illa, quā protulit Paulus: Consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram, quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino. Hęc dilectio est, quæ laborat, atque vexatur, vt quos diligit (diligit autem omnes) exemplis alliciat, doctrina instruat, à minimis etiā defectibus arceat, omnibūq; modis iu culmen sanctitatis efferat. Fit infirmis infirma, vt omnes lucrifaciat; omnibus

1. Tim. 2.

Leo. ser. 1. de seru. 10. mens. 11.

Aug. ser. 50. de re. pore.

Prosper. lib. 3. vite cōtempl. c. 15.

Chrys. hō. 14. 1016.

2. Cor. 12.

1. Thes. 3.

omnia

omnia facta est, ut omnes saluos faciat. Proprias re-  
 secat volūtates, & eligit omnibus obedire, ut cū om-  
 nibus concordia, pacemq; custodiat. Ac tandem hoc  
 summo opere curat ut animas à peccatis abducatur, & ad  
 vniuersorū Creatorē conuertat. Deinde vult fraterna  
 dilectio, & donat fratribus, quātum potest, bona tē-  
 poralia. Nec enim putandum est virtutem hanc esse  
 tam auarā, & parcā, aut potius tam acerbā & du-  
 rā, ut spiritualia tantum bona fratribus velit, & tēpo-  
 ralia, aut subtrahat, aut denegeret. Quinimō hęc quoq;  
 proximis amat, & ni facultas dedit, affatim tribuit,  
 quatenus ad alia maiora, & vera bona, aut necessaria,  
 aut vtilia iudicat. Ideoq; Scriptura sacra charitatis fra-  
 ternæ magistra, homines, non semel, sed sæpe ad bo-  
 norū temporalium largitiōē inuitat. Itas ait: Fra-  
 ge esuriētī panem tuum, & egenos, vagosq; induc in  
 domū tuam: Cūm videris nudum, operi eū & carnē  
 tuam ne despexeris. ] Tibi autē ita filiū monet: No-  
 li auertere faciē tuam ab vilo paupere, quomodo po-  
 teris, ita esto misericors. ] Et Paulus: Corripite inquietos;  
 Cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos; Pa-  
 rientes estote ad omnes. ] Accursus alio loco: Induite  
 vos sicut electi Dei sancti; & dilecti viscera miseri-  
 cordiæ, benignitatem, humilitatē, modestiam, patientiam,  
 supportantes iniuriā, & donātes vobismet ipsis,  
 si quis aduersus aliquem habet querelam. ] Quid hæc  
 omnia, nisi corporalem beneficentiam, & temporalia  
 subsidia designat? Quamobrem, qui non sic dē diligit,  
 vult fratri corporis incolumitatē, castā lætitiā, &  
 mentis voluptatē: optat ei bonū nomen, honorem,  
 & splendorem apud homines, si hæc, aut ad virtutem  
 cōferant, aut bonis moribus non repugnent. Laudat  
 bona opera, dissimulat, & sustinet mala, quorum re-  
 medium à Deo enixè postulat, & his ad quos attinet,  
 adhibedum reliquit. Satis enim euidentis est simulatē  
 dilectiōis indicū, si frater corporalem salutē sper-  
 nas; si eius quietem, & tranquillitatem nihil pendas,  
 si defectus ab eo occultē cōmissos, in medium profes-  
 ras; si liberē, & procaciter detrahas; si irideas, si exag-  
 geres; si nec leuē iniuriā, nec minimū verbum in te  
 prolātū, pariter fastideas. Video matrē filij molestias  
 dissimulantem, iniurias sustinentem (sustinentē dicam,  
 an amantem.) Iam infantem manibus gestat, iam eius  
 sordes lauat, proprio cibā lacte, induit pannis, cantilenis  
 sopit, cōsolatū in spicū, amplectitur, de oscula-  
 tur: Deinde cūm expersit, infantuli vagitus tole-  
 rat, ictus dissimulat, si faciem matris vngulis aret, si  
 oculos feriat, si genas percutiat, si capitis tegmen di-  
 scerpat omnia perperit, quia amoris funibus vincita  
 tenetur. Quædā amoris naturalis scintilla in præcor-  
 diis matrū accensa, hæc omnia suffert incōmoda, quid  
 itaque faciet amor ille diuinitus infusus, quo iusti se  
 mutuo amant, ut Christi amorem imitentur? Quas hic  
 amor molestias nō sustinebit? Quod si non patienter  
 fert, sed vanis persuasiōibus inreperit, defectulis  
 proximorū frangitur, aut verbuli extinguitur, pro-  
 culdubio, aut nō est amor, aut satis tepidus, & delica-  
 tus amor. Sapiētē namque dixit Gregorius: Quantū  
 lata mēs fuerit per amorē, tantū erit patiens per lon-  
 ganimitatē: Nā tantūm quisq; potest proximū, quan-  
 tum amat, si enim amat, portat, si desistit amare, desi-  
 stis tolerare: Quæ enim minus diligimus, minus etiam  
 toleramus, quia irruente fastidio, citius facta proximi  
 adducunt in grauedinē pōteris, quæ nobis nō leuiter  
 penna charitatis. ] Dilectio igitur fraternā, quæ virtus  
 quædā generalis est, omnia bonā spiritualia, quam  
 tēporalia complectitur, eorūque possessionē, si vti-  
 le ad salutem videatur, fratres dilatare, & amplificare  
 conatur; quia sicut nullum quantumuis inimicum  
 reicit, ita nullum bonorū genus, dummodū ad-

Isa. 58.

Tab. 4.

1. Thes. 5.

Coloss. 3.

Gregor. hb. 15. in Ezecb.

A iumento sit frater, à gremio suæ operationis excludit.  
 Tandem frater diligendus est, & bona ei opranda,  
 & præstata sunt, non propter aliū finem, nisi propter  
 Deum. Charitas enim, cūm virtus Theologica sit, nō  
 solam versatur circa Deū, ipsūq; ut propriū obie-  
 ctum respicit, verū nec habet aliū finem proximū, &  
 sibi quasi naturaliter debitū, nisi Deum. Virtutes aliæ  
 habent proximos fines creatos, quorū gratia in opus  
 procedūt. Paupertas contēnit vniuersam mundi sub-  
 stantiā, ut diuitias perfectionis, & charitatis inquirat:  
 Castitas à carnis voluptatibus tēperat, ut purissimas  
 spiritus delicias assequatur: Obedientia propriā re-  
 ecat voluntatem, ut opere exequatur diuinam. At cha-  
 ritas amat, non ut perfectionē quærat, non ut cōtem-  
 plationis donō delectetur, non ut aliquid aliud, licet  
 bonū, faciat, sed ut Deo ipsi inhareat, & eū scopū, ac  
 finem suæ actionis respiciat. Si ergo dilectio fraterna  
 opus est charitatis, nō aliū finem, quam ipsūm Deum  
 habeat, necesse est; & sicut in proximo diligit Deū, ita  
 non diligit eū propter Deum. Quod quomodo fiat,  
 Hugo Victorinus, pulcherrima similitudine ostendit.  
 Si mel dulce est (inquit) dulcis est fauus: si mel diligit,  
 & fauū receptaculū mellis: sed mel propter se ipsū  
 diligitur; fauus verò propter mel. Et si fortē videris  
 fauū melle carētem, doleas vacua esse receptacula, &  
 cupis ibi mel esse, quod diligit. Ita & Deū dilige, quia  
 dulcedo est ipse, & bonitas; & veritas. Proximū autē  
 dilige, quia receptaculum est dulcedinis, bonitatis, &  
 veritatis, & hoc in ipso dilige, & propter hoc ipsum. ]  
 Itaq; fraterna charitas in proximo diligit Deum, quia  
 diligit eū, ut Dei imaginem, ut bonorū cælestium, &  
 supernaturaliū capacem, & diligit non propter aliūm  
 quam propter ipsūm Deū. Nā sicut imaginē honore  
 prosequimur, non quia aurea est, vel argentea, sed quia  
 repræsentat regem, aut exprimit aliū virum dignitate,  
 aut virtute conspicuum; ita debemus amare fra-  
 trem, non quia est nobilis, non quia diues, non  
 quia doctus, aut literatus; sed quia Deus est in illo,  
 quia est Dei imago, quia bonis cælestibus insignitus;  
 quia Deus iubet, ut eū tamquā proximū diligamus, &  
 velut fratrem amemus. Nā si quis (ait Gregorius) quæ-  
 beret amat, sed propter Deū nō amat, charitatē nō ha-  
 bet, sed habere se putat. ] Quod si & nos ipsos ex cha-  
 ritate diligamus, debemus non propter nos, sed pro-  
 pter Deū ipsū dilige, vbi dilectionis nostræ rectis-  
 simus finis est; & ut fratrem ex virtute charitatis ame-  
 mus, propter eundē finē, scilicet propter Deū ipsūm,  
 & non propter aliam causā, aut scopum diligamus  
 oportet, quia operibus ab eadem charitate protectis,  
 idem, si sapiamus, præfigendus est finis.  
 Atque hoc præstantissimo ac sublimissimo fine, siue  
 scopo nostræ dilectioni præstituto, Dei charitatem  
 imitamur. Nā sicut omnia propter semetipsū opera-  
 tus est Dominus, ] ita omnia diligit propter semet-  
 ipsū; quare in Deū tamquā in finē fraternā dilectionē  
 dirigentes, ipsius Dei sectatores, & imitatores effici-  
 mur. Implemūsque illud Apostoli: Estote imitatores  
 Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, si-  
 cut & Christus dilexit nos. ] Hoc deinde sine dilectio-  
 nis perfectionem assequimur. Ut enim nihil est Deo,  
 aut præstantius, aut sublimius, ita dilectio nullū finē,  
 aut præstantiorē, aut sublimiorē habere potest, ex quo  
 huius operis, sicut & omnium aliorū, gradus perfectio-  
 nis attenditur. Vnde Basilius egregiē. Quando cha-  
 ritatis ad sponsum gratia dilige deprehenderit fra-  
 tres; & ad eum, & ad illos integra seruasti charitatis  
 iura, vbi verò eos non sponi gratia, sed propter se-  
 ipsos dilige, ex consuetudine cæperis, dilectio  
 tua erga illum, & corrupta prorsus efficitur; falsam-  
 que, non veram habes, germanāque charitatem. ]

B

C

D

E

Hugo.

Gregor. hb. 38. in euang.

Prou. 16.

Ephes. 5.

Basili. lib. de virgin. ad mediū.

Hoc præterea sine dilectione veram ab inani, & noxia discernimus. Quia si diligas fratrem, vt ab eo diligaris, & laudibus, & honoribus extollaris, hoc vanitas est. Vt quid enim vis ab homine aut amari, aut honorari, à quo oblati honor est sicut fumus, qui statim fugit, & euanescit? Si autem diligas, vt aliquid consequaris, hoc turpe lucrum est; nam inestimabili pretio amoris tui quæstum facis rei peritura, & præmij à remuneratore Deo in veros fratrum amatores decreti, iacturam pateris; si verò diligas vt voluptatem capias, hoc peruersitas est: Castum namque mentis affectu ad obscenas delicias, & suauitates detorques, & amorem, omnis boni originem, in principiu iniquitatis, & sceditatis conuertis. Hoc etiã sine dilectione sanctam à profana sciungimus. Profanus quippe amor est ille, qui Dei oblitus, rebus creatis totus inhæret, sanctus verò est, qui res creatas omnes transcendens, & in illis Creatorè inquirens diuino nomini consecratur, sanctus profectò amor, qui nos efficit sanctos, & puritatis desiderio voluntates nostras accendit. Sicut enim amor immundus (ait Augustinus) inflamat animã, & ad terena concupiscenda, & peritura sectanda vocat, & in ima præcipitat, atq; in profunda demergit: Sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflamat, & ad ea, quæ non transeunt, neq; moriuntur, excitat animã, & de profundo inferni leuat ad cælum.] Hoc tandè sine dilectio iusta ab iniusta distinguitur. Quæ enim in Deum non dirigitur, nequaquam ei displicere tinet, vt homini placeat; & facile domini mandata postponit, vt humana iussa perficiat. At quæ in suu tendit auctorem, vt in malum consentiamus fratri, nullo modo permittit. Nam si frater Dei gratia diligitur, non est in his rebus obediendũ ei, quibus ira Domini prouocatur. Sicut enim fidelis seruus, qui vnicam Domini sui filiã, ob solum Domini amorem impensè diligit, nulla ratione illi in his obtemperandum putat, quæ suus est bernus molestissimè larurus, sic & sanctus fratrum amator, qui solum Deum dilectionis suæ finem intuetur, non est fratribus adiumento in his, quæ Deo non placent, suãque lege prohibuit. Talis ergo, qualem descripsimus est proximorum dilectio; quam deinde fraternam charitatem appellabimus, charitatis nomè more Patrũ, à virtute ipsa ad virtutis opus, siue actionem deriuantes. Quæ quidem, cum se in supremũ sui gradum extulerit; pars perfectionis est, & simul cum dilectione Dei totam vitæ spiritualis perfectionem complet. Istum autem supremum charitatis fraternæ gradum, nunc inuestigare, & explicare conabimur.

*Non omnem fraternam charitatem perfectionem esse.*

CAPVT XXIV.

**I** C V T charitatis Dei diuersas partes, gradusque distinximus, & in supremo illorum perfectionem constituimus, ita charitatis fraternæ distincti gradus assignandi sunt, vt in postremo, ac sublimissimo hanc (quæ proximos respicit) perfectionis partem collocemus. Neque enim credendum est, quemuis fraternam charitatem habentem esse perfectum, sed illum, qui eumulatè, & perfectè eandem obrinuerit, & supremum diligendi proximum Dei causa; gradum attingerit. Nam si in alijs disciplinis hunc disciplinam tantum gustare cepisse, illum verò medio-criter profecisse, alium verò ad culmen scientiæ peruenisse putamus, cur in charitatis fraternæ disciplina, quæ ordinem, non tam sciendi, quam faciendi habet, eandem profectus differentias non assignabimus; ita

A scilicet, vt in hac præstantissima virtute quemdam incipientem esse, quemdam verò proficientem, alium autem perfectũ existimemus? Sed hos charitatis fraternæ gradus, quibus ad hanc perfectionis partè conscenditur, nõ est facile assignare. Enimverò sanctissimus Bernardus, & in rebus spiritualibus supra quàm credi potest, exercitatus, vniuersam charitatè in quinque gradus distribuit, quorum primos quatuor fratru amori, quintũ vero Dei dilectioni cõcedit. Est (inquit) amor pius, quo parètes diligimus. Est amor iocundus, quo socios diligimus. Est & erga omnes homines amor iustus; erga inimicos amor violentus; erga Deum sanctus, siue deuotus.] Qui statim hos charitatis gradus, pulcherrimè quinq; sèribus adaptat; & primũ tactui, postremum visui, tres medios gustui, olfactui, audituique accommodat vt secundum perfectionem sensuũ, minorè, aut maiorè his amonibus perfectionè attribuat. Gregorius verò distinctione quadã magis generali fraternã charitatem in duos tantũ gradus distinguit; quoru primus amicos diligit; secundus verò se etiã ad inimicos extèdit. Qualiter (ait) ista dilectio sit tenenda, ipse Dominus inlinuat, qui in plerisque Scripturæ suæ sententijs, & amicos iubet diligi in se, & inimicos diligi propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui amicum diligit in Deo & inimicum diligit propter Deum.] Et hæc sanè charitatis partitio, eò maiori reuerentia suscipienda est, quod in Domini sententia fundatur. Audistis (inquit) quia dictum est; diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuum. Ego autè dico vobis; diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.] Quibus verbis manifestè inter dilectionè amici, & inimici discrimè ponit, & quasi duos gradus charitatis fraternæ cõstituit. At vt perfectionis natura pãdatur, hos duos charitatis fraternæ gradus, quibus amicos, & inimicos diligimus, simul acceptos in tres gradus distribuamus, & primũ incipientibus; secundũ proficientibus, tertiu perfectis assignemus. Et hic tertius gradus erit perfectionis pars, aut simul cum charitate Dei, quam supra exposuimus, totius vitæ christianæ perfectio.

Primus igitur fraternæ charitatis gradus, & ad incipientes pertinens, ille est, quo amicos, & inimicos ita diligimus, vt nec desiderio, nec opere, nec verbo vllum eis malum, vllã iniuriã inferamus. Qui enim tam in lege Dei pusillus est, vt inimicis, & sibi calumniantibus, aut persequentibus, graues iniurias inferat, ipsosque odio habeat, & amicos verbis amarulentis afficiat, & prauis exçplis percutiat, necdũ legè Christi custodire cõpuit, nec vitam spiritualem acquisiuit. Hunc gradum charitatis primum fecit Beatus Dorotheus, cuiusque meminit in hæc verba. Requirit à te Deus, ne iniuria proximũ afficias, ne percutias, ne obloquaris, ne cõuiteris, ne despicias: & sic sensim benefacere incipis, dũ fratrem tuũ curas dulci sermone, dum compateris illi, & cum re vlla ei opus fuerit, tradideris. Et sic per gradus conscendens, tandem auxiliante Domino ad scalarum summitatem peruenies. Ex hoc enim modico auxilio proximi ad id cõcedis, vt optes commodum & vtilitatè eius, sicut tuã: & hoc est diligere proximũ sicut teipsum.] Id ipsum (quod magis est) non obscure Paulus affirmat. Dilectio proximi (ait) malum non operatur.] Vnde illud profectò sequitur, & illud intelligitur, quæ malum operatur & quæ proximis contumeliam, aut iniuriã irrogat dilectionè omnino non esse, nec ad initiũ veræ charitatis ascendisse. Sicut enim membrum corporis, quod alia mēbra inficit, & tabe corrūpit, & præterea, nec aliorũ mēbroru dolorè sentit, nec malũ à se illatũ aduertit, aut ab alijs præcisum, aut stupidũ, aut vita priuatum existimamus; ita hominem alijs proximis, aut opere,

Aug. in P/s. 121.

Bern. ser. de vitæ q; quinque sensibus animo.

Gregor. h. 27. in euang.

Matth. 5.

Dorothe. doct. 14.

Rom. 13.